

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Remedia in arduo, mala in prono esse. Emblema CXXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Remedia in arduo, mala in prono esse.

EMBLEMA CXXXI.



**Æ** THERIS postquam deiecit sedibus Aten  
 Iupiter, heu vexat quàm mala noxaviros?  
 Enolat hac pedibus celer & pernicibus alis,  
 Intactumq; nihil casibus esse sinit.  
 Ergo Litta, proles Iouis, hanc comitantur euntem,  
 Satura quidquid fecerit illa mali.  
 Sed quia segnipedes, lusca, lassaq; senecta,  
 Nil nisi post longo tempore restituunt.

## COMMENTARI I.

**A**TE Dea alata, vncis volucrum pedi-  
 bus, habitu femineo, in altum auo-  
 lat, quam Litta, tres aniculæ strabæ, rugo-  
 sæ, claudæ, seipionibus senilia membra,  
 suffulcientes, à longè sequuntur, nunquã  
 assequunturæ.

HOMERICVS Agamenon lepidam II.  
 fabulam narrat Græcis de Ate, lib. 19. Fabula  
 Iliad Quàm ego quàm breuissimè pote-  
 ro colligam. Ate Iouis nuncia, noxia cun-  
 ctis, mollibus non ingreditur pedibus per  
 terram, sed hominum inuadit læditq; capi-  
 ta.

ta. Nec ab ipso Deorum hominumque parente abstinuit. Quem Iuno, licet femina, sic decepit. Cum iam iam Hercules in lucem ex Alcmena esset proditurus, sic Divos Iupiter est alloquutus: Addite Divi Daq; omnes, hodie ex meo genere proles nasce ur, viciis omnibus dominatura. Cum Iuno: Nunquam credam, nisi iure iurando confirmaveris. Iupiter haud sentiens dolam, maximum a libuit iuramentum. Tum Iuno caelo delapsa Argos petijt, coniugem Stelen. Ii se, timestrem verum fecerem facit ut pareret, Alcmenę partu impedito. Inde ad Iouem reuersa dixit: Iupiter omnipotens, iam vir natus est Eurystheus ex femine tuo, qui merito dominabitur Argis. His auditis Iupiter Aten, cui hęc fraudem imputabat, comis apprehensam iratus e summo caelo deturbavit, iuratus, nunquam se postea illam in superas sedes recepturum. Sic illam manu rotatam hominum operibus perniciosam in terram deiecit. Hęc ibi. Aten hęc Christianę pietatis

interuallo fieri ait, ut potē quę sint lusea, tardis pedibus, & semio confecta. Verius Homericos huc adijcimus:

καὶ γάρ γε λίσσεται διὸς κῆρας μεγάλοις  
χολαί τε, ῥυσσάτε, παραβλώπες τ'  
ὀφθαλμῶ.

αἰρὰ τε καὶ μετέπισθεν ἄτης δ' ἔγυσι  
κίεσαι.

ἢ δ' ἄτη σθεναρή τε καὶ ἀρτίπος, ἔνικα  
πάσας

πολλὸν ὕπερ κροβίει, φθάσει δὲ τε πάσαν  
ἔπ' ἄαν

βλάπτουσ' ἀνθρώπους. αἰ δ' ἔξαλλόνται  
ὀπίσσω.

ὅς μιν τ' αἰδέσεται κῆρας διὸς ἄστυ  
ἴσας.

τὸν δὲ μίγ' ἀνήσαν, καὶ τ' ἔκλυον ἐν ἕα-  
μίνοιο.

ὅς δὲ κ' ἀνήνηται, καί τε σερπῶς ἀποπέη,  
λίανται δ' ἄρα ταιγε Δία κρονίωνα  
κίεσαι.

τῷ ἄτην ἄμ' ἐπισθαίνα βλαφθεῖς ἀπο-  
τίση. hoc est:

Etenim Lira [i. Preces] sūt Iouis filia; ma-  
gni,

Claudę; rugosę; strabęque oculis,  
Hęc & post Noxam curant euntes:

Noxa verō robustaq; & pedibus integris,  
ided omnes

Longę præcurrit: anteuertit autē omne  
per terram

Lędens homines: hęc; medentur tandem.

Qui certę venerabitur filias Iouis pro-  
prijs accedentes,

Hunc valdę iuuant, & exaudiunt precātę:

Qui autem abnegarit, & proteruę recu-  
sarit.

Precantur quidem hęc Iouem Saturniura  
euntes,

Hunc ut Noxa simul sequatur, quo latus  
luar.

Namq; Lira soboles magni Iouis, & pede  
claudo.

Rugosa, obliquog; oculo, medeantur ut illi.

Aten secantur. Celeri præuertitur omnes

Ille gradu, & passim damnū mortalibus  
affert.

He verō auctum sartur a dāna sequuntur,  
Conciliantq; suis cultoribus optima semper.

At si quis reicit prafractę, ac pernegat illis,  
Tunc adito Ioue patre, precantur, ut illice  
Atē

Hinc adsit, pęnasq; suo det depiq; damnō.  
Chiliadum auctor in adagio, Ira omnium

Na tar

Lucifer e auctores φάσφορον, id est, Luciferę, e celo de-  
turbarum interpretantur, ut maxi-  
mę Iustinus Philosophus & Martyr, Eu-  
sebius Pamphil. Suidas, & Budęus ex Be-  
satione Cardinalis; sic enim ille lib. 3. in ca-  
lumniatorem Platonis: Luc. fetum verō,  
inquit, sua culpa eiectum in terram, ex-  
erandumq; illi quoque didicerant ab Ho-  
mero suo Theologo, qui siue beneficio  
quodam naturę, siue Mosis prophetę  
scēpsit suo carmine exposuerat lapsū Lu-  
ciferi, quā ille Atē appellat. Cęl. Rhodig.  
lib. 2. cap. 7. Stębrus Elegia περί δικαιο-  
σύνης, ex Solone hoc distichon retulit, vbi  
emergentem e dijs noxam facit:  
Ἄτη δ' ἔξ' αὐτῶν ἀναφαίνεται, ἢ ὀπί-  
ταν ζεύς

Πέμψ' τερομίνοισ, ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.  
id est:

Ex illis Atē apparet, quam vbi Iupiter ipse  
Miserit vlticem, tunc aliā atē habet.

Sed est alius Homeri locus Iliadę 9. vnde  
hoc emblemata est desumptū; ibi enim Aten  
Deam fingit mortales varijs implicantem  
angustijs & perturbationibus, eorumq; que  
mentes sedacentem, varijsq; opinionum  
monstris afficientem: ad quę mala faciē-  
da placandę; Lira Iouis filia; opponun-  
tur, quę tamen non statim possunt insta-  
rare atq; componere, quod ab ea motum  
atq; dilectum fuit, sed id longo temporis

Vnde peti-  
tum Em-  
blemata.

tardissimè senescit. eorundem carminum sensum sic reddidit :

Nam Litas etiam genuit Saturnius ingens , Rugosus , pedibus claudis , ac lumine lasas . Quæ Ates à tergo veniunt , mœcantur ut illi .

Ipsa Ate pedibusq; valè . Et robore præstas , Proinde gradu celeri longè prævertitur , omnes

Occupat , Et terras prior aduenit illa per omnes

Mortales ladens : verùm hæ post terga sequuntur ,

Sartura quidquid commouerit illa malorum .

At verò natas Ioue qui reueretur Et audit , Se simit ac adiere , huic commoda plurima grata

Conciliant , huiusq; vicissim vota receptat . Reycis at si quis præfractè Et pernegat illis , Tunc ad .to Iouo patre , precantur , ut illicet Ate

Huic adsit , pœnasq; suo det deniq; damno . Id significat , offensas quidem & iniurias veloces , semperq; in promptu esse , reconciliações verò & malorum compensaciones admodum tardas atq; raras euenire .

ÆTHERIIS sedibus] è cœlesti sede .

Ouidius 15 . Metamorph .

Æthereas sedes , cognatasq; sidera tæget . Deiecit] deturbauit , in terram præcipitavit .

Aten] ἄτη , nē . noxe , calamitas , nocumentum , τὰ πὰ τῆ ἀδοκου , lædo , noceo . Est autem Ate velocissima , quæ propter motum celerem , infortuniorum aleam , maximè subitam & improuisâ significat .

Vaxat mala noxa viros ] Homerus ,

Ἐλάττωσ' ἀνδρῶντας Ladens homines . De nomine noxa & noxia , hæc placet addere à commentario Alciati ad tit . De verb signific . Noxam dicere antiqui , aut , id quod nocet : quapropter culpa , pœna , detrimentum , noxa est ; vnde & lib . 33 . T . Liuius , noxa exoluerè , id est , à pœna capitalis fraudis liberare , accepit . Seruus quoq; qui cōtra legem Aquiliam alicui damnum dedit , noxa est . At noxia solummodo de malificio ipso dicitur , nec tam generali significatione accipitur , sicuti noxa . Cicero lib . 3 . de Legibus ; Noxiæ pœna par esto , ut in suo vitio quisq; plectatur , vis capite , auaritia multa , honoris cupiditas ignominia . M . Manubus :

noxa .

Notia .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

Quinetiam infelix virtus , & noxia felix . Plautus Bacchidibus :

Est sit , suspectus sum , cum careo noxia . Quo sentu & in Mostellaria , & in Pseudolo vsus est . Terentius quoq; in Phormione :

In re incipiunda ad defendendam noxiam . Sed in Eunuchò & Hecyra ad eundem modum . Nec noxam eos ascripsit quisquam dixerit , cum ratio carminis non consentiret . Quæ adducere volui , ut palam fieret , quàm iniquo iure Iustinianum in Elegantijs suis insectetur Valla , & Seruium Be-

roaldus , dum adiectiuè tantum dici noxiâ opinentur , contra veterum auctoritatem , Hæc ille . Actius Menalippo , Te esse huic noxiæ obnoxiam . citat Festus , tradens noxam esse peccatum , vel pro peccato pœnâ .

Euolat hæc pedibus celer] Sic Homerus :

ἢ δ' ἄτη σ' ἀνδρῶν τ' ἐχθ' ἀρτίπος . &c . Sed hic dicendum fuerat celeris : nam celer , celeris , & celere rectius dices quàm

alter .

Intractumq; nihil &c .] omnia malis implicat , nihil relinquit intactum , quod calamitatibus non compleat .

Ergo Lita] λιτή , ἡς , supplicatio , a verbo λιταίνω , supplico , vota precesq; suppliciter fundo , lito . Vnde λιταίνω , Litanix , id est , preces , nō Letanix , ut passim barbari feribunt . Sic litatum , pro eo quod alijs est solutum , deditum Deo , quasi luitatū , ait Festus . Sunt ergo Litæ precatrices & recedentiæ amicitiarum , quas Ate dis-

suit ; vnde eandem semper comitantur . Litæ autem Deas claudas interpretantur Mythologi de ijs , qui precantur , quod genua flectant : quas rugis obsitas esse Poetæ volunt , ad designandam imbecillitatem . Has aiunt esse strabis luminibus , quod cōtinuere videantur in quibusdam , sed postremò necessitate ad supplicationes deflecti . Phornutus claudas esse tradit , quòd tardè & vix accedat . ad eos supplicandos , quæ antè affecerint iniuria : rugosas verò & strabis oculis , quòd grauitè & o : e parum hilari intuentur quos offenderunt , & à quibus veniam deprecantur . Iouis porò filias , quòd venerabiles sint . Hæc ille . Itaque id trāsferunt ad illatam cuiuspiam iniuriam , cuius difficulter memoria tollatur ex animo : iniuriarum enim & cōtumeliarum memoria tardissimè senescit , ut ferè non nisi morte deleatur .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

noxa .

Infimatis defis

Celer .

Liti .

Lita clauda & lita cur .

Proles

Lita cur Proles Iouis.] Rectè proles Iouis, quia filia lo- vt Dei proprium iuare mortales, ait Plinius initio historiae mundi; sic nulla re alia magis ad Dei naturam accedimus, quam salutem hominibus dando, vt Tullius Ligariana. Sic Strabo, *εὐεργετὰν ἰσὶ θεοῖς μιμεῖσθαι*. Benefacere est Deos imitari. Contra Afabulus apud Horat. 1. Sermon. 5. nomē habuit *ἄπο τῆ τῆν ἄτην κάλλειν*, quod damnum, noxamq; ferret.

[Satura] compositure, reparaturæ, sanaturæ.

Sed quia [segnipedes] χαλαί. Iuuenal. Sat. 8.

--- Triton; trahunt epirhedii a collo Segnipedes.

[Lusca] παραβλαῖπες τ' ὀρθαλμῶν στραβὰ οὐκί. Qui dicantur lusci, & luscitiosi, diximus Emblem. 72.

[Lassa; senecta] ῥυσὰι. rugosa senes, vt quibus cursus inimicus.

[Non nisi post] Inuit offensam esse citâ, reconciliationem esse tardam, propterea quod iniurias diu solēt homines meminisse, iuxta illud Ciceronis: Cui dolet, meminit: cui placet, obliuiscitur.

IV. Titulus Emblematis unde dunt.

GENERALIS ea thesis, præfixa Emblematis, ad quascūq; humanas calamitates & incommoda potest accommodari: paræmia autem est medicis familiaris. Eâ cōferre placet cum aurea illa Nazarij sententia, ex Panegyrico, quem Cæsari Constantino dixit: Facilius, inquit, & multo procliuior sedēdi quàm commodādi semper est via: vulnerare integrum, quàm sauciato mederi: dissipare rapta, quàm diuulsa componere. Hoc autem Homericō figmento significatur, quàm celeri momentores adueriæ nos impetant, quamque fera ipsdē medicina adhibeatur. Quod vulgus Gallorum, vt & Itolorum, accommodata paræmia effert, cum dicitur, *Mala ēs egritudines in equis accedere*, id est, citissime nos aggredi: *sed pedibus recedere*, hoc est, tardè, sensim, & lento gradu abire. Item illud: *Il mal viene à libbre, e vassene à onco*. Huc traducetur non omnino malè, quod habet Cornel. Tacitus in vita

Res aduersa statim accedunt, tardè recedunt.

Locus Coy

Iulij Agricola, loceri sui Natura infirmitatis humanæ, inquit, tardiora sunt remedia, quàm mala: & vt corpora lentè augetur, citò extinguitur: sic ingenia studiaque facilius opprēsseris, quàm reuocaueris. Sic Seneca Epistola 92. Eligit aliquid noui casus, per quod velut oblitis vires suas ingerat. Quicquid longa series multo laboribus, multa Dei indulgētia fluxit, id vnus dies spargit ac dissipat. Effert aliquod imbecillitatis nostræ solatium rerumque nostrarum, si tanto tempore reparentur cuncta, quanto finiuntur. Nunc incrementa lentè exeunt: festinat in damnum: nihil publicè, nihil priuatim stabile est, tumultuātibus causis mala, vnde minime expectabantur, erumpunt. Huc pertinet Scytharum legati sententia ex Curtio lib. 7. Quid tu ignoras arbores magnas diu crescere, vna hora extirpari? Ponticus Heraclides disputatione de allegorijs Homericis, eodem penè modo intelligit: quo loco eos arguit imperitiæ, qui Homerum vituperent, qui Litas Iouis filias impie deformi & mutilo corpore finxerit. His Poeta imaginem expressit eorum, qui supplices sunt. Qui enim peccarunt, ex conscientia verberare tardiores esse solent: eosq; verentur aggredi, quos læserunt, & à quibus veniam impetrare postulat: pudoris enim sui sunt ipsi continuo memores. Nec verò præsentī animo esse possunt, aut constāter intuentur, vt qui retrò auertant oculorum aciem. Primò itaq; supplicū animus nulum præ se lætum ruborem admittit, vt qui pallidi sint, demisso vultu, misericordiam elicere conātur. Ea ergo causa fuit, cur Lita ita fuerint ab Homero depictæ. Contra valida est & pernix Ate, cuius nimium acris & vehemens stultitia hominum non modò ceruicibus, sed & animis impendat. Nam toto impetu & sine aliqua ratione fertur ad omne flagitium. Is ergo Poeta perinde se gessit, vt qui pictor esset humanorum affectuum, quos affectus Deorū nominibus allegoricōs effingere solet. Lege Lucian. in Imaginibus, & Tragopodagra.

Pötici Heraclidis allegoria de Ate & Litis.

